

Dispvtationes Theologicae

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

Martinon, Jean

Burdegalae, 1644

Sect. 12. Refutantur illius responsiones ad argumenta sibi proposita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

tione & excitatione diuina, deque alio quolibet concursu in actu secundo.

174.

Soluuntur
reliqua
eius argu-
menta.

Tertia & quarta probatio, quæ subiungit num. 4. & 5. nil aliud fuit, quām iniūcīs repertio corum quāsuprā refutauimus sect. 5. & 6. Supereft igitur quāta eius probatio, quam sic proponit num. 6. Si Deus vellet, vt reuerā potest, necessitate voluntatem creatam ad aliquem actum eliciendum, nullam ipsi voluntati proximantendo qualitatē physice prædeterminantem, non posset id efficacius facere, quām abripiendo voluntatem ad coēficiendam secum actionem, & decernendo vñum aliquem concursum, nullumque alium offerendo. Atqui idem facit, si concutit identificato & isimedito concutu physico. Ergo ille concursus non potest stare cum libertate. Probat minorem: quia si Deus actum aliquem vitalem nobiscum indiuīsum operari vellet: oportet ipsum applicare potentiam suam ad illū vñicum & in seu concursum prodicendum, qui reuerā vnicus ab ipso Deo, & à nobis simili atque indiuīsum produceretur. Alioqui si plures decernebent, & se ad plures eliciendos absolute & efficaci voluntate applicaret; plures de facto actus eminarent. Ergo per hunc identificatum concursum abripiunt voluntas nostra, & necessitate ad operandum vñicum illum actum: & non potest ab illius exercitio abstinere, sicut & que oppositum facere.

Respondeo negando mioprem. Ad cuius probationemlico, Deum posse duobus modis applicare potentiam suam voluntati creatæ, ad operandum indiuīsum cum illa aliquem actum. Primo, decreto absoluto antecedenti & efficaci de concursu ad illum solum exhibendo, deque actu ponendi vi illius. Et hic modus repugnat libertati. Secundò, decreto tantum conditionato concurrendi ad actum illum si voluntas creatæ volet illum elicere, aut ad aliam, prout volet: ita vt Deus decreto illo accommodet & subordinet quodammodo habitualiter omnipotentiam suam voluntati creatæ, vt possit illi vti ad operandum quemadmodum vteretur habitu, ac non vti, si velit. Et sic modus non repugnat libertati creatæ voluntatis. Contra quem nihil noui obijicit Author iste, nisi quod ad finem numeri summam quandam imperfectionem fore in Deo, si ita fingeretur voluntati creatæ subiectus ac subordinatus, vt ea posset physice illo vti, velut habitu aut instrumento in potestate illius posito. Qui respoudet magna quidem fore imperfectionem, si Deus necessariò est, non liberè, sed naturali necessitate ex parte sui, esset ita subordinatus voluntati creatæ: tunc autem, si ex libera & tuaui dispositione sua prouidentia, quā vult creatæ voluntates habere liberum dominium suarum operatio-

num, & causis secundis, tam liberis, quam necessariis, se accommodare, vnicuique iuxta propriam naturam & conditionem.

SECTIO XII.

Refutantur effugia eiusdem Authoris,
Responsiones ad argumenta ipsi
proposita.

O missis ijs quæ dicit toto cap. 15. que partim ex Durando, partim ex ipso mei suprà retulimus ac refutauimus. Omis-
sis item ij: quæ responderet in hisdam ar-
gumentis ab alijs sibi propositis, examina-
bo solum ea quibus vim argumentorum à
me anteà propositorum eludeantur cap.
16. & sequentibus. Quae ad finem has di-
putationis.

Ac primo, effugia quæ Scriptura & Pa-
trum testimonijs adhibentur, partim citatō
cap. 16. partim etiam cap. 2. nūc. 6. &
sequentib⁹, præclusa fuerunt & refutata singillatim, cum testimonia illa protulimus
& expendimus sect. 2. Tantum addo in
præsens, perperam ipsum p̄bni cap. illo 2.
locis quibusdam D. Augustini, & Ansel-
mi, affirmantibus Deum continuo opera-
ri conferendo res à se creatas, vt ait S.
Augustini, lib. 4. de Genesi ad lit. cap. 12. Augst.
& Deum ita naturas à se conditas admini-
strare, vt eas finat agere motus suos, vt
ait idem S. Doctor epist. 146. ad Con-
sentium, prope finem. Et Deum facere
omnes actiones & omnes motus crea-
tura, quia ipse facies, à quibus, & ex
quibus, & per quas, & in quibus siant,
& nulla res habet ullam potestatem vo-
lendi aut faciendi, nisi p̄o dante: vt
ait S. Anselm, in libro de concordia præ-
scientiæ & prædestinationis, litera C. Et
verius dici ipsum facere id omne quod fa-
cit natura aut voluntas, qui facit naturam
& instrumentum (id est, facultatem) vo-
lendi, cum affectionibus suis, sine quibus
idem instrumentum nihil facit.

Perperam, inquam, abutit in his locis,
vt ostendat, mentem horum Patrum ful-
le, Deum non aliter concurrendo cum causis
secundis, quām femorè & mediæ, con-
seruando causas illas cum virtute naturali
& inclinati se ad operandum, quam ab
initio illis dedit proximè vel rem. Qua-
si verò assertere vnum, sit negare alienum
incompossibile, neque repugnans. Non
repugnat autem Deum operari conservan-
do causas secundas, & simul cum illis im-
mediate concurrendo. Non repugnat e-
tiam Deum sic illas administrare, vt finat
eas agere motus suos: & tamen ita se illis
accommodare, vt concurreat cum in qua-
que, sicut ipsa postular, vt motus suos exer-
cat. Nec denique repugnat actiones &
motus creaturæ sicut à Deo, & dicives

Disput. XXXIV. de Creat. Sect. XII. 94

et ab ipso fieri: quia ipse facit res à quibus sunt, facitque naturam & instrumentum volendi, & simul etiam cum illis operatur ad omnes motus & actus quos exercitent concurritque ad id opere, quod natura aut voluntas facit. Addo D. August. illo ipso loco, quem male citat aduersarius, probare ex Scriptura Deum vñque nunc etiam operari ea quæ sunt à causis secundis. Nam si Deus inquit nunc ista non fecerit, quo modo legitur, Prisquam reformaret, in utroque noue te? Quomodo etiam accipi potest, Quod si enī agri quod hodie est, & cras in elibandum mittitur, Deus si vestit &c. Quare non bene aduersarius sic instat: Patres citati non explicant alium Dei concursum. Ergo non aliud agnouerunt: si enim agnouissent, agnouissent illum exprimere ijs in locis, in quibus sermo illis erat de modo, quo Deus operatur administrando creaturas generatum: vel speciatione modo quo se habet cum voluntate circa actus peccati.

117. Idem docet Deum concurrens in media te. Respondendo enim primo Patres citatos satius exprimere, tum ijsdem, tum alijs locis, concursum Dei immediatum: vt de D. August. jam ostendimus, & sect. 2. num. 9. De Anselmo patet ex fine capituli 20. de casu Diaboli: vbi discipulo sic interrogans: Quod quidem Deus naturas rerum omnium facit, fatendum est. Quo vero singulas actiones peruersarunt voluntatum, velut ipsum pratiuum motum voluntatis, quo ipsa mala voluntas semouet, faciat, quis concedat? Respondet Anselmus: Quid mirum si dicimus Deum facere singulas actiones, que sunt mala voluntate, cum fateamur eum facere singulas substantias, que sunt iniusta voluntate & inhonestia actione? Puta ex gr. infantes natos ex adulterio, incestu, sacrilegio. Quod esse Dei sanctitate & puritate indignum faciliter judicamus illi omnes, qui putant esse alienum à Dei sanctitate concurrere immediatè ad actus vitiosos creaturarum: de quorum numero erat ille discipulus disputans cum Anselmo. Male vero responderet Aduersarius num. 12. sententiam B. Anselmi esse, actus prauos nostros esse à Deo quoad positivum, quatenus ipse nobis dedit conseruante virtes ad operandos actus illos, & quocunque ailius opportunos: id est, è quod Deus voluntatem nostram crevit & conseruavit. Nam neque ille B. Anselmi Discipulus, neque illius alias Catholicus dubitauit quantum voluntates nostras esse à Deo creatas, ab eodemque conseruari: atque eatus saltem actus omnes voluntatis nostra esse à Deo mediata & remota, id est, esse à voluntate à Deo creata & conseruata. Quare neque interrogatio Discipuli, neque responsio S. Anselmi potest pati sensum, quem aduersarius illi tribuit. Similiter modo intellegendum est quod ait idem S. Anselm. lib. de concord. cap. 7. Omnis qualitas, et omnis actio, & quidquid aliquam habet essentiam, à Deo est, à quo est omnis iustitia, & nulla iniustitia. Facit igit-

tur Deus omnis que iusta vel iniusta voluntate sunt, il est, bona opera & mali. In bonis quidem facit quod sunt, & quod bona sunt. In malis vero facit quod sunt, sed non quod mali sunt: id est, est causa entitatis, sed non malitia moralis.

Respondeo secundò, Patres illi ipsi loci ab aduersario relatis designare radicem necessitatis concursus diuini. Quia nimis causa secunda, sicut non possunt esse sine Deo producente & conseruante. Ita neque possunt sine Deo concurrente operari. Neque minus pendent in operari ab eius concordia: quam in esse & conseruari, ab eius influxu. Ac sicut impossibile est ut existimant à dependencia immediata à Deo, in fieri & conseruari: postea impossibile est ut existimantur à dependencia immediata à Deo in operari.

Tribus prioribus rationibus, quas articulimus sect. 2. num. 23. Respondet parte 4. cap. 19. num. 5. nos non debere esse fatuos adulatores Dei, qui non indigent nostris laudibus falsis: neque defere existimare maiorem aliquam perfecti rem fore in Deo, si possit omne opus nostrum propriè ac per se operari: cum potius repugnet eum ita operari maximam partem operum nostrorum, scilicet omnes actus prauos: pertinereque ad eius omnipotentiam amplificandam ut possit facere creature, quæ seipso soli habeant vim agenti sufficientem, non indigentem immediatè Dei concursu, ac denique repugnare diuinæ sanctitati ac bonitati dominum in causas secundas, quæ le nos illi tribuimus ad quæ inuoluere imperfectionem, & Deo tribui non posse.

Sed contra: primò, non est fatuus adulator Deo, sentire altissime, quantum cum recta ratione fieri potest, de Dei maiestate, deque essentiali dependencia creaturarum à Deo. Propterim vero Scriptura, & SS. Patribus, ac communis Doctorum iudicio suffragantibus. Quis enim posteriori iure fuitatis est, damnandus, si tamen eo nomine vti licet. Illene qui S. Thomam & torrentem Doctorum sequuntur hac in parte. At porro ille qui Deum randum, nonnullam, omnium iudicio temerarium, & nimis audacem in opinando, aliosque pauculos. Secundò, non magis pertinet ad Dei omnipotentiam amplificandam, facere posse creature, quæ non pendent essentialiter & immediatè ab ipso in operari: quām facere substantias creature, quæ postquam semet ab ipso producēt fuerint, non pendent essentialiter & immediatè ab ipso in conseruari. At hoc secundum est impossibile, etiam iudicio istius Authoris pluribus locis sua disputatione. Addo vix clarissimam Scripturam, Patres, & Concilia docere substantias omnes creatas pendere immediatè à Deo in conseruari: atque accent easdem pendere à Deo immediate in operari. Effugiaque

118.

Refutatur]

fere omnia huius Authoris posse vniæ æquæ, ac alijs applicari. Quare si vel ipso indice non profunt contra immediatam dependentiam substantiarum creatarum à Deo in consuari: nihil etiam valent contra immediatam dependentiam à Deo in operari. Quomodo autem dominica istud non repugner Dei sanctitati & bonitati, suprà ostendimus.

120.

Secundum effugium,

Ad quartam rationem, sumptam ex necessitate determinationis causalium secundarum ad individuum, ad quod neque se- ipsi determinata sunt, neque possunt se- posse determinare, respondet cap. 18. num. 4. & sequent. Probabilis est de- terminatio nem illam referri debere ad na- turam iusmet agentis: ita ut ex se, & ex suis conditionibus individuantibus, aut saltem ex aliquo principio intrinseco, hoc est sibi inhærente, id habeat, ut ex ijs actionibus omnino similibus eiusdemque speciei, quas exercere potest, per se in hanc prorumpat, quam in aliam, huc similiter siue saltē circa hanc nu- mero materialia, vel obiectum, si sermo- nit d' actionibus vitalibus qua in obiectum aliquod tendunt. Primo & quia (inquit) non est recurrentum ad causam primam, quando id, de quo est controversia, saluari potest per secundam. At per causam secundam saluari potest determinatio effe-ctus ad individuum: quia hoc numero agens, cum his numero circumstantijs, exigit hunc numero effectum; sicut exigit hanc specie actus. Neque videtur esse nimis perfectio creature quod seipsum de- terminare possit ad hunc numero effectum: si non est nimis perfectio determinare le ad hanc speciem; presentim cum in ec- dem effectu individuatio & specificatio non sint duæ distinctæ entitatis. Secundò, quia si deter minatio effectus quoad individuum esset nō rē arbitria respectu Dei, sequeretur natura non magis ex se po- stulare huc, quam illum effectum intra- cardem sp. Ex quo rursus sequeretur Deum posse reproducere eundem nu- mero effectum absque miraculo, & absque eo. Tertio illa yis creature inferatur: cuiu- tamen contraria omnes docent. Proba- tur sequela: quia neque ex parte effectus producendi appareat ratio cur iste potius, quam alijs predicator: cum neque effec- tus ante suam ipsius productionem ius ul- lum habere possit ad existendum, seu ad hoc ut producatur: neque causa secunda, per se, exigit hunc effectum potius, quam illum, sed omnia diuinæ electioni sint com- missa.

121.

Causa se-
cuenda: no-
tare natu-
raliter de-
terminata
ad hunc
numero
effectum

Sed contra: quia cum vs agentis sit eadem respectu omnium effectuum solo nu- mero diversatum, ab ipso producibilium: similiusque via materie seu subiecti con- currentis; & obiectum actuū vitalium, æquæ vniæ atque alijs actibus solo numero diffe- rentibus attingatur: figuratum est dic-
te agens, materiam, vel obiectum, habere talem ordinem, ut primum postulene prodihi hunc numero effectum, secun- dò istum, tertio illum alijs, & sic in infinitum: Quoque sunt agentia eiusdem speciei; ut esse ordines effectuum infini- torum, quorum vna infinita multitudo respondeat vni agenti, ita ut non posse ab ultimo produci naturaliter: altera el- ceri. Secundò, si talis est ordo natu- ralis inter effectus producibilis à causis se- cundis, tam necessarijs, quam liberis, respectu ipsarum; erit etiam inter effec- tus producibilis à causa p̄ima, respectu ipsius, ita ut ordo determinatus debeat ab illa seruari in producendo effectibus solo numero differentibus. Quod licet neget ad ueſarius: nullam tamen reddie rationem differentia, neque potest veri- similiter reddere. Hoc autem est absur- dum: quia indg sequeretur deonile Deum determinatione quadam naturali produ- cere hos Angelos quos produxit, hosce- los, hæc astra, &c elementa, & alia que se solo produxit. Ita ut contra na- turelum rerum ordinem ecerit, & contra ius quodammodo istorum individualium, ni- si illa p̄a alijs produxisset. Tertiò, siest talis ordo naturalis inter duas numero so- lo differentes, qui possunt ab eodem agen- te procedere: ergo sicut iuxta Authoris istius imaginationem, debet voluntas, si a- met Deum verb. g. elicere primò hunc nu- mero actum amoris: deinde istum, tertiò illum, & sic infinitum: ita si velit agere, debebit primò exercere actum istius speciei, p̄uā amo ris: secundò illius alterius, p̄uā odij: & sic deinceps in infinitum. Quod per absurdum est, & Contra experientiam: nullum enim in nobis experimur indicium talis ordinis & determinationis naturalis. Probatur consequentia, cum quia non po- test reddi sufficiens ratio discriminis. Tum etiam quia ex doctrina istius Authoris, verbis ante relatis in prima probatione minoris, Cum in eodem effectu individua- tio & specificatio non sint duæ distinctæ entitatis, sed vnicæ: si non est nimis per- fectio determinare se ad speciem, neque erit determinare se ad in diuidib. Ergo similiter si non est nimis perfectio vel imperfectio voluntatis esse determinatam naturali quodam ordine ad individuum, si velit agere non erit etiam nimis per- fectio vel imperfectio determinatam esse ad speciem si velit agere. Quia species & individuū sunt idem realiter in eodem effectu.

Ad primam eius probationem Ref-
pondeo, recurrentum esse ad causam pri-
mam quando id, de quo est controversia,
saluari nequit per secundam sine figmentis
improbabilibus & absurdis. Tale autem esse
id quod responder Adversarius, proposito
videnter liquere ex illius refutatione. Quare
in forma, concessa maiore, nego mioprem.
Quia

122.
Nec
postulant ad
illud se de-
termintare

Disput. XXXIV. de Creat. Sect. XII. 649

Quia hoc numero agens, cum his numero circumstantiis intrinsecis & extrinsecis, antecedentibus eius operationem, nihil habet quod non ex eis conueniat cum hoc numero effectu, quamcumque libet alio a se producibili, purè numericè diverso. Ac proinde nihil habet, quo naturaliter sit magis deuinatum vni effectui, quam alteri, & propter quod sit determinatum ad unum potius, quam ad aliud. Neque obest quod causæ necessariae sunt determinatae speciem, & libet posse ad illam seipsum determinare. Nam licet natura specifica & individuum non differant à parte rei in una & eadem re, neque possit produci species actus, quin producatur certus & determinatus aliquod individuum, maior tamē perfectio & maius dominium in effectum requiritur ut causa libera possit elīere non modò agere in tali specie potius quam in illa, puta amare potius, quam odire: verū etiam hoc individuum in specie amoris eligere præ alio simili.

Quod cum humanus intellectus non discernat, namq; naturaliter discernere possit in statu vita istius (neq; enim nouimus distinctionem individuationem, etiam in rebus sensibilibus, ita ut possimus discernere unum ab alio cuncto simili, clam subtili) non potest etiam voluntas nostra scipsum ad illud determinare. Si autem humana voluntas non habet hanc perfectionem ut possit se determinare ad individuum: multò minus eam habent aia agentia inferiora anima rationali. De Angelis autē hīc non loquimur. Et quāvis agētia necessariae essent naturaliter ad individuum determinata: sufficit nobis voluntatem nostram ad actus suos libertos tam bonos, quam malos, egera Dei determinatione ad individuum. Nam propter illos actus tota hæc disputatio ad Aduersario suscepta est. Neque negabit Deum cōcurrere immediate ad actus aliorum agentium, si concurrat immediate ad actus prauos humanæ voluntatis.

123.

Sive mi-
nuclofa
reprodu-
ctio ciuile
ris

Ad secundam probationem Respondeo concedendo primam sequelam: & negando secundam, quod attinet ad miraculum, sumendo miraculum pro eo quod sit extraordinariè, & contra ordinem consuetum atque constantissimè à Deo seruatum. Cuiusmodi miraculum fuit quod sol steterit, id est, quod Angelus solem aliquandiu mouere cessaverit, toto 10. Cuiusmodi etiam esset, si cœlum & astra motu contrario mouerii ciperent ab occasu in oram. Licet enim tam Angelii, quam astra sine differentiis ad motum vñad quietem, & ad hunc motum vel ad oppositum: miraculosum tamen foret mutare illum ordinem rerum tam diurnum & tam constanter seruatum. Porro non minus miraculosum censeretur, si Deus solus eundem effectum reproduceret, quam si causa secunda cum illius concurset. Ergo si hoc argumentum Aduersarij quicquam valet ad probandum causas secundas esse seipsum naturaliter determinatas ad individuum, & ad certam seriem individuum ordinem quodam

Tomus I.

producendorum: pariter probat Deum simili modo determinatum esse, ita ut debeat primum producere hoc individuum, tum istud, deinde illud aliud. Quod cum Author iste proxime post negat, non aduerat vim sui argumenti hac negatione penitus enerari.

Respondet secundò num. 5. capite citati, Deum determinare causam secundam ad singularitatem actionis immissione alicuius habitus, aut actus primi, qui potentiam ex se indifferentem respectu plurium actionum similium, ad unicam ex illis quasi coarctat. Ita autem habitus seu actus primus, subtilitur voluntati: nec ullam vim habet nisi ad nutum voluntatis. Estque satis per se credibile, quod sicut Deus immisit in voluntates nostras habitus inclinantes eas ad certam speciem actus: ita ponit alios immittere determinantes ad actum aliquem singularem, & individuum.

Sed contra: primò, Quis non videt istam immissionem esse merum figuratum posse, alia causis. Improbabile, & solum ad fugiendam difficultatem excogitatum. Secundò, si sit impossibile, & alienum à Dei sanctitate ac dominitate, Deum, non modò solum, sed etiam concurrendo cum causa secunda, producere habitum vitiosum inclinationem solum ad malum, ut docet iste Author p. 4. cap. II. n. 2. & 5. Quomodo non erit alienum à Dei honestate & sanctitate, immittere se solo habitum, aut actum primum, determinatum & determinantem voluntatem ad hunc vicum numero actum primum? Quomodo poterunt hæc duo fieri sine aperta contradictione? Item, si decretum Dei de determinanda causa secunda ad hoc individuum per suum concursum, lèdit libertatem, ut ait idem Author capitulo 18. num. 3. & alibi sèpius, quomodo fieri potest ut non eandem lèdat Dei decretum determinandi ipsam per talis habitum vel actum primum? Quis non perinde sit respectu voluntatis, que à Deo immediate per seipsum, sive mediare per aliud à Deo immisum determinata. Tertiò, contra experientiam est nos habere dominium, quale singit, circa eiusmodi habitus, aut actum primum, quem ait esse subditum ad nutum voluntatis. Actus habitus determinatus ad individuum potest nihilominus subditi, ut libero voluntatis sine praedicione libertatis ipsius: quanto magis Dei concursum in actu primo, seu diuina potentia partita ad concurrentem si voluntas velit agere: quod tamen Author iste sèpius contendit esse impossibile. Quartò, est incredibile dari possibilium habitum aut actum prima, qui sit naturaliter determinatus ad unicum actum, ipsa ut illo unicis tantum effectus prodire possit. Quia productio effectuum aliorum purè numericè differentium, non est difficultior, quam productio istius. Ergo vñ quæ est sufficiens ad ipsum producendum, est etiam sufficiens ad producendos alios successivè, vel diuini: estq; impossibile ut sufficiat ad vnu, & non sufficiat ad alios diuini, aut successivos.

III

125.

alia respō-
sio Adver-
sus refutatur.

Respondet tertius, quemadmodum crea-
tura dependere potest à permissione Dei, tan-
quam à conditione necessaria ut operetur,
tametsi Deus immediatè non concurrat: ita
potest etiam quoad individuationem depen-
dere ab eo quod permittat hoc potius iudi-
cendum, quam aliud.

Verum si causa secunda est indifferens ad
vnū & quæ ac ad aliud, neque potest seip-
sam determinare: quomodo potest sola Dei
permisso facere ut producat vnū potius
quām aliud? Si enim Deus solum permittit
ut producat vnū potius, quām aliud: permit-
tit solum ut producendo se deterret ad
vnū potius quām ad aliud. At hæc permis-
so est impertinens & inutilis, si non habet
vix seipsum determinandi. Sicut bluto inter
duos sc̄ni manipulos æquales & æqualiter
mouentes posito, impotentia se determina-
re ad alterum, impertinens esset & inu-
tile, permettere ut ad hoc potius, quām ad
alium accurrat.

SECTIO XIII.

*Alia tria eiusdem Authoris effugia
refelluntur.*

126.

AD quintam rationem nostram, sum-
psum ex eleuatione Dei ad actus super-
natiales nos tristis disponentes ad primam
rationem habitus, respondet cap. 18. n. 7.
& leuentibus, dari nobis a Deo qualitatē
fluentem supernaturalem distinctam à
vocatione (id est ab inspirationibus, illūmi-
nationibus, & piis motionibus indelibera-
tis) eodem instanti quo vocari à Deo ad
gratiam iustificationis, ad hoc ut primi no-
stri actus possint euader supernaturales, ha-
beantque proportionem cum gratia iustifi-
catione. Vel, si quis forte malit, dici potest, in-
quit, actus illos supernaturales produci à vo-
luntate nostra, concurrete effectuè prævia
cognitione supernaturale, id est ille minima-
tio & gratia vocationis à Deo immissa. Vel
etiam intellectum & voluntatem nostram
eleuari posse. Claram imperium diuinum
ad primos istos, & quoscunque alios actus
supernaturales producendos, Deo non con-
currente ad eos immediate, neque habitu-
villo, aut qualitate, vel alicui principio super-
naturali ob potentiam obedientiam actua-
re, cum in qualibet creatura est ad quam-
libet operationem ad Dei naturam producen-
dam. Quam tentationem ipse non improbat,
sed ejorum electioni permittit.

127.

Refutatur
fragmentum
de modo
concurredi
a. z. et
super-

Sed contra: primò, Nemo non vellet
qualitatem illam supernaturalem fluen-
tent, excepit a Deo solum esse ad vitandam
difficultatem. Secundò, si eius immisso vo-
luntati facta, non obest eius libertati, quia
subditur illius arbitrio ad agendum super-
naturaliter si velit: Quare magis oberit po-
tentia Dei simili modo subordinata volun-

tatis arbitrio ad agendum si velit? Tertio,
si cognitione supernaturalis sufficeret ad ele-
vandum voluntatem ad actus supernatu-
rales; non essent necessarii habitus spei,
& charitatis, & alij in suis voluntari, ut ani-
ma permanenter & immanenter eleveretur
ad actus supernaturales. Iam enim esset suf-
ficienter eleuata per habitus intellectus,
ipsam constituentes intrinsecè potentem
completè, & permanenter, ad actus super-
naturales cognitionis immediate, media-
tè vero ad actus supernaturales volunta-
tis. Quartò, fictitium est, & evidenter im-
possibile, Deum facere solo suo imperio ve-
res agant id quod agere non possunt. Quam
enim est impossibile Deum agere suo solo
imperio, ut res existant sine existentia: tam
implicat facere, ut res agant sine agendi po-
tentia. Quia non minus est impossibile
agere sine potentia ad agendum, quam exis-
tere sine existentia. Quare cum voluntas
non habeat in ipsa sola potentiam effi-
cienti actus supernaturales; nisi Deus il-
lam der aliunde, frustra & inutiliter impe-
raret voluntati illos efficere. Quod si dicas
Deum imperando dare potentiam, aut con-
currere immediate suo imperio. Respon-
deo, in primo casu Deum non purè im-
pare, sed imperando efficere aliquid in vo-
luntate, vel extra, quo inveni & eleveret,
ut possit elicere actus supernaturales. Infe-
cundo, Deus concurrit immediate, quod
intendimus, quodque iste Author ibi
dicit, & alibi fæpissime affirmit fieri non
posse sine præiudicio libertatis. Cùmque
idem Author parte 2. cap. 13. n. 2. s. Contra
enim, doceat potentiam Dei exequentem
distingui ratione à Dei voluntate, non po-
test dicere coherenter loquendo Deum age-
re impediare ad extra per solum imperium
sua voluntatis.

Ad sextam rationem nostram, quod
scilicet Deus possit impeditre actionem ca-
suarum secundarum, subtrahendo tantummodo
concursum suum immediatum illis necessa-
rium, respondet cap. 19. n. 7. Deum posse im-
pedire actionem causæ secundæ tametsi non
destructæ, vel primò, immittendo illi quali-
tatem incompositibile cum aliciente, & stupe-
factiuam virtutis agendi. Cuius rei habemus
exemplum in remora pisciculu fistula morum
visus: & in magnete impedito ne fexu tra-
hat, si allii sc̄iatur. Et omnino, si quis, per
se fatus appareret credibile, posse Deum impri-
merè cui libet casu seculè qualitates hebe-
tantes, aut quasi stupescientes virtutis agendi
illarum: atq; adeò impossibilis cum actio-
ne, alioquin ab illis emanatura: quemadmo-
dum etiam imprimere eisdem potest habitus
& qualitates virgines atq; inclinantes por-
tiam ad agendum. Vel secundò, impeditre for-
san posset actionem eiusdem causæ secundæ,
non conferendo illi virtutem sequitur se deter-
minare posset ad individuationem actionis.
Velerteri, posset impeditre voluntate ne
ageret, diuertendo quantum ad res alias, &